Caeterum quod nuper praesens tecum agebam, denuo revocare in memoriam visum est operae pretium. ante menses duos aut tres mecum diligenter egit Sulcerus noster, de graeco Martyrologio, quod me habere intellexisset: esse enim Argentinae bonum et doctum quendam virum, D. Ludovicum Rabum, nisi fallor, qui de Martyribus scribere instituisset, iamque eius instituti specimen etiam haud paenitendum83 edidisset in lucem, prosecuturus etiam reliqua, sed desiderare, si quid apud graecos eius argumenti extet, ut communicari sibi possit. Ego quod res est, respondi: sedulo id me curaturum, quantum liceat. scripturum enim ad illustrissimum Principem Otthenricum Palatinum, ut codicem Martyrologii graeci, quod ante triennium et amplius a me ipse pro sua Bibliotheca, summo studio, et proprio etiam ob id misso tabellario, extorsisset, denuo ad paucos aliquot menses utendum mihi fruendumque remitteret. Iam itaque scripsi, et literas Toxitae literis inclusi, quas hic una mitto, et ut Toxitae des oro, eumque ut prima quaque occasione curet simul verbis tuis horteris. Spero autem omnino nos eum codicem rursum obtenturos: quem se mihi libenter iterum communicaturum princeps tum, cum a me peteret, est pollicitus. Quod reliquum est igitur, mi D. Conrade, valde cuperem, ut per occasionem mei studii ac voluntatis qualemcumque significationem facere apud D. Ludovicum velis, si forte eius operae a se tandem aliquando absolutae et in publicum edendae consilio captato, mea ad hoc potius quam alterius cuius(vis) industria uti libuerit. Faxo enim, ut meae diligentiae commissarum lucubrationum suarum non facile paenitere ipsum debeat.84 Et iampridem tale quiddam ipse etiam institueram, nempe omnium illustrium virorum, tam doctorum ecclesiae veterum, quam martyrum vitas, ex diversis scriptoribus colligere, quas Abdiae85 a me ante biennium edito pro auctorio adderem: et adhuc facere id instituo, nam propediem is mihi recudendus erit.

Weiter möchte ich Dir nochmals in Erinnerung rufen, was ich letzthin mündlich mit Dir besprochen habe: Vor zwei oder drei Monaten hat sich unser Sulzer angelegentlich nach dem griechischen Martyrologium erkundigt, von dem er erfahren hatte, daß ich es besitze. Es sei nämlich in Straßburg ein guter und gelehrter Mann, Ludwig Rabus, wenn ich mich nicht täusche, der über die Märtyrer schreiben wolle und bereits eine beachtenswerte Probe dieses Vorhabens⁸³ publiziert habe. Er arbeite auch weiter

⁸⁸ Der Heiligen außerwöhlten Gottes Zeugen, Bekennern und Martyrern ... warhafte Historien. Straßburg, B. Becken Erben 1552.

daran, warte aber in der Hoffnung, daß es bei den Griechen etwas über dieses Thema gebe, und man ihm das mitteilen würde. Ich habe geantwortet, wie es den Tatsachen entspricht, ich würde mich eifrig darum bemühen, soweit ich könne; ich werde nämlich an den erlauchtesten Pfalz grafen Ottheinrich schreiben, daß er mir die Handschrift des griechischen Martyrologiums, das er mir vor drei Jahren oder mehr für seine Bibliothek abgenötigt hatte – er schickte eigens dafür einen Boten –, für einige wenige Monate zur Benützung zurücksende. Ich habe nun deswegen geschrieben und den Brief demjenigen an Toxites beigelegt, welchen ich hier schicke, mit der Bitte, ihn Toxites zu geben und diesen zugleich auch Deinerseits zu mahnen, daß er ihn bei der nächsten Gelegenheit weiterbefördert. Ich hoffe durchaus, daß wir diese Handschrift wieder bekommen, denn als der Fürst sie von mir haben wollte, versprach er, er werde sie mir mit Freuden zur Verfügung stellen. Und schließlich, mein Konrad, liegt mir sehr daran, daß Du Ludwig gelegentlich auf mein Interesse und meinen guten Willen aufmerksam machst, wenn er einst dieses Werk vollendet habe und es publizieren wolle, möge er eher meine Dienste als die irgend eines andern dafür in Anspruch nehmen. Ich würde dafür sorgen, daß er es schwerlich bereuen müßte, seine Werke meiner Sorg falt anvertraut zu haben 84. Übrigens hatte ich schon lange selber etwas dieser Art im Sinn, nämlich die Biographien all der berühmten Männer, der alten Kirchenlehrer wie der Märtyrer, aus den verschiedenen Autoren zusammenzustellen, um sie als Ergänzung dem Abdias⁸⁵ anzufügen, den ich vor zwei Jahren herausgegeben habe. Ich denke auch jetzt noch daran, denn ich muß ihn bald neu auflegen.

Oporin an Kaspar Nidbruck, 12. Februar 1555

De Conciliis graecis egi cum Hervagio et Amerbachio, et spero consilio nostro acquieturos, sed quam cito nescio⁸⁶: magnus enim uterque est cessator, cum tamen nervis expediendarum rerum uterque sit locupletissime instructus, pecuniis dico: quibus ego si non ita saepe destituerer, longe et plura et maiora me omnibus aliis curaturum videres.

Wegen der griechischen Konzilien habe ich mit Herwagen und Amerbach gesprochen; ich hoffe, daß sie sich unserem Plan geneigt zeigen werden, doch

⁸⁴ Es ist offenbar nie ein Werk von Rabus bei Oporin erschienen. Auch hatte Rabus eine Empfehlung an Ottheinrich nicht nötig, vgl. Karl Schottenloher, Pfalzgraf Ottheinrich und das Buch (Reformationsgeschichtliche Studien und Texte 50/51), Münster i.W. 1927, S. 53 f.

⁸⁵ Hoc opere continentur liber de passione Domini ... Abdiae Babyloniae episcopi & apostolorum discipuli de historia certaminis apostolici libri decem ... Basel, Oporin, März 1552.

weiß ich nicht, wie rasch⁸⁶. Beide sind nämlich große Zauderer, und sie haben doch beide übergenug von dem Mittel, welches die Dinge fördern kann, Geld nämlich; wenn mir das nicht so oft ausginge, so solltest Du sehen, wie ich viel mehr und Größeres als alle anderen leisten würde.

Joachim Perion⁸⁷ an Oporin, Paris, 11. März 1555⁸⁸

Ioachimus Perionius Benedictinus salutem plurimam dicit Ioanni Oporino.

Iacobus Puteanus⁸⁹ literas tuas ad XV. Calendas Sextiles datas mihi reddidit, in quibus offendit animum meum id quod scribis, te veritum esse, quod toto biennio nullas ad te literas dedissem, ne animo alieniore a te factus essem. Iniuriam enim amicitiae nostrae, atque adeo amori in te meo facere videris: quem eiusmodi esse tibi velim persuadeas, ut res nulla tanta intervenire possit, quae me a te possit disiungere, excepta una religionis causa, quam iam inde usque ab Apostolorum temporibus ad nostram aetatem etsi multorum haereticorum omnibus fere seculis quasi tempestatibus fluctibusque agitatam, tamen integram, salvam et incolumem te aeque ac me conservare, obtinereque arbitror. Neque enim te tam levi exiguaque in Deum fide esse puto, ut istis tot huius aetatis tumultibus, opinionumque ac sententiarum dissimilitudinibus de statu dimoveri, sanctaque quam cum nutricis lacte hausisti religione deiici potueris. Quod autem ad me attinet, posteaquam Dei concessu ac munere primum in philosophia, deinde in Theologia omne fere tempus aetatis contrivi, eas radices tandem aliquando eiusdem benignitate in maiorum nostrorum institutis, atque in semel suscepta Dei religione egisse me recordor, et scio, ut non solum non titubaverim, sed firmus etiam et stabilis, titubantes atque eos qui de illa quasi de via deflexissent, et verbo et scripto confirmare atque erigere semper studuerim. In iis sunt Topica nostra Theologica 90, quae utinam ii qui eiusmodi sunt, eo animo legant, quo a me scripta sunt, id est, quo debent. Neque enim mihi dubium est, quin statim nulloque negocio ad sanitatem mentis revocari traducique possent. De iis loquor, qui Graece et Latine sciunt, nec versati sunt in sanctis probatisque rerum divinarum scriptoribus. Neque enim adduci possum ut credam, eos qui eiusmodi scriptores Graecos et Latinos evolverunt, imprudentes ea quae contra illorum sententiam dicunt et scribunt, dicere aut scribere, sed vel studio partium, vel constantiae causa (si modo est in malis constantia) vel aliqua alia animi aut corporis a ratione aversa affectione. ... Nec vero ab iis hominibus qui ab Ecclesia defecerunt, sic alienatus sum,

⁸⁶ Diese Ausgabe der griechischen Konzilien ist nie zustande gekommen.

quasi eos oderim, nisi forte eo animo, quo Deus, qui homines amat, odit vitia. Quinetiam quotidie supplex Deum rogo, ut eos in viam reducat.

Joachim Perion O. S. B. grüßt herzlich Johannes Oporin. Jakob Puteanus89 hat mir Deinen Brief vom 18. Juli gegeben. Ich bin betroffen, daß Du fürchtest, wie Du schreibst, ich sei Dir wohl im Herzen fremd geworden, weil ich Dir ganze zwei Jahre nicht geschrieben habe. Mir scheint, Du tust unserer Freundschaft und vor allem meiner Liebe zu Dir Unrecht; Du darfst überzeugt sein, daß ich so zu Dir stehe, daß nichts zwischen uns treten kann, was uns trennen könnte, außer allein die Religion, die wir beide, wie ich glaube, seit den Zeiten der Apostel bis auf unsere Tage trotz den vielen Irrlehren, welche in fast jedem Jahrhundert wie mit Stürmen und Fluten daran gerüttelt haben, doch rein, ganz und unverfälscht empfangen und übernommen haben. Ich glaube nämlich nicht, daß Dein Glaube an Gott so gering und klein ist, daß Du Dich von den vielen Verwirrungen und Gegensätzen der Ansichten und Meinungen unserer Zeit hättest aus dem Gleichgewicht werfen und von dem heiligen Glauben, den Du mit der Muttermilch eingesogen hast, abbringen lassen. Was aber mich betrifft, so habe ich nach dem Willen und der Gnade Gottes zuerst mit der Philosophie, später mit der Theologie beinahe mein ganzes Leben hingebracht, dann aber endlich nach seiner Güte in den Einrichtungen unserer Väter und dem einmal übernommenen Glauben Wurzel gefaßt und bin wissend geworden, so daß ich nicht nur selber nicht wankte, sondern aufrecht und standhaft die Wankenden und die, welche vom Glauben wie vom rechten Weg abgeirrt waren, in Wort und Schrift zu bestärken und aufzurichten stets getrachtet habe. Dazu gehört auch meine theologische Topik90, und ich hoffe nur, daß diejenigen, welche in einer solch gefährdeten Lage sind, sie in dem Sinne lesen, wie sie geschrieben ist, das heißt, wie sie gemeint ist. Ich zweifle nämlich nicht, daß sie sofort und ohne Schwierigkeiten zur Vernunft gebracht und überzeugt werden können; von denen spreche ich, die Griechisch und Latein verstehen, aber sich in den heiligen und erprobten Autoren der Kirche nicht

⁸⁷ Joachim Perion (1499–1559 oder 1561) war seit 1542 Professor der Theologie in Paris, er publizierte aber vor allem philologische Werke. Mehrere seiner Bücher sind bei Robert Winter und bei Oporin erschienen, der vorliegende Brief bezeichnet aber wohl das Ende der in der zunehmenden konfessionellen Verhärtung unhaltbar gewordenen Beziehung.

^{88 «1554} ratione Gallica».

⁸⁹ Der Pariser Buchdrucker Jacques du Puys. Über ihn siehe Samuel Merian, Aus den Lehrjahren Nicolaus Bischoffs des Jüngeren, im Basler Jahrbuch 1927, S. 42; Philippe Renouard, Répertoire des imprimeurs parisiens ... depuis l'introduction de l'imprimerie à Paris (1470) jusqu'à la fin du seizième siècle, Paris 1965, S. 135.

⁹⁰ Das Buch war 1549 in Paris erschienen.

auskennen. Ich lasse mir nämlich nicht einreden, daß die, welche solche griechische und lateinische Autoren studiert haben, noch aus Unüberlegtheit sagen und schreiben können, was sie gegen die Meinung dieser Lehrer äußern. Sie tun es vielmehr aus Parteilichkeit oder aus Standhaftigkeit – wenn es überhaupt im Schlechten Standhaftigkeit gibt – oder aus einem andern innern oder äußeren Grund, welcher der Vernunft widerspricht. . . . Ich bin aber den Menschen, die von der Kirche abgefallen sind, nicht so entfremdet, daß ich sie hassen könnte, außer vielleicht in dem Sinn, wie Gott, der die Menschen liebt, die Sünder haßt. Und ich flehe täglich zu Gott, daß er sie auf den rechten Weg zurückführe.

Oporin an Kaspar Nidbruck, Frankfurt, 13. April 1555

Nicephorum⁹¹ graece excudendi ut voluntas esset non parva, neque parum alacris, ita quomodo fieri possit in hac rerum omnium et temporum perturbatione, non video, nisi vel Romanus rex, vel Maximilianus⁹², sive quis alius Princeps, sumptibus aliis, quos multos, et saepe etiam inutiles, atque utinam non etiam Reipublicae perniciosos faciunt, tantum decidere vellet, et in hanc rem saltem quingentos aut 600 florenos impendere. Equidem operae atque diligentiae ego non parcerem. Alioqui ut faciendae ei impensae forte alicunde sufficerem, ita quomodo sustinendae sufficere queam non video: adeo tarde libri graeci ac praecipue Theologici, distrahuntur, ut nisi liberalitate Principis aliquid fiat, numquam futurum ut fiat, plane persuasum habeam. Ac fieri tamen posse, ut Rex alteruter ad eam rem persuadeatur, omnino sperarim, maxime quum ad vertendum Nicephorum plures etiam quingentis florenis impendisse Ferdinandum constet: unde non gravatim etiam ad ipsum autorem propria qua scripsit, lingua, liberalitate sua edendum, adduci posse, plane confido, ut eius autoris reipublicae communicati gratia tota ipsi accepta ferri posset. Et sane excitari poterat vel Regis Galliae exemplo⁹³, qui non unum, sed multos iam autores huiuscemodi graecos sub nominis sui auspicio prodire in publicum voluit: vel Ducis Bavariae, qui in Aventini historiam etiam nunc editam⁹⁴, non paenitendam liberalitatem exhibuit. Committo itaque et eam rem tibi et ut nobis ac Reipublicae eam aliquando effectam reddas oro atque hortor.

Mein Wille, den Nicephorus⁹¹ zu drucken, ist weder zu klein noch zu schwach, doch sehe ich nicht, wie ich es in dieser Verwirrung unserer Zeit

⁹¹ Im März 1553 war bei Oporin erschienen Nicephori Callisti Xanthopuli... ecclesiasticae historiae libri decem & octo, sacratiss. Rom. regis Ferdinandi liberalitate, opera vero ac studio doctiss. viri Ioannis Langi, consiliarii regii, e Graeco in Latinum sermonem translati nuncque primum in lucem editi.

und aller Dinge tun soll, wenn der römische König oder Maximilian 92 oder sonst ein Fürst nicht auf andere Ausgaben, die ja so zahlreich und leider dem gemeinen Wohl oft schädlich sind, verzichten und für diese Unternehmung wenigstens fünfhundert oder sechshundert Gulden aufwenden will. Fürwahr, ich wollte mich anstrengen und keine Sorgfalt fehlen lassen. Das nötige Geld könnte ich vielleicht irgendwo auftreiben, doch sehe ich keine Möglichkeit, es zu verzinsen, so langsam verkaufen sich griechische Bücher, besonders die theologischen. Wenn also nicht ein Fürst hilft, wird nie etwas zu Stande kommen, davon bin ich überzeugt. Ich hoffe aber durchaus, daß man einen der beiden Könige dazu überreden kann, vor allem da ja bekannt ist, daß Ferdinand für die Übersetzung des Nicephorus sogar mehr als fünfhundert Gulden bezahlt hat; deshalb vertraue ich darauf, daß man ihn dazu wird bewegen können, den Autor auch in der Originalsprache mit seiner Unterstützung erscheinen zu lassen, sodaß dann die Welt das Verdienst um den Zugang zu die sem Autor ganz ihm verdanken würde. Man könnte ihn ja mit dem Beispiel des französischen Königs anspornen 93, der nicht einen, sondern schon viele solche griechischen Autoren unter seinem Patronat hat veröffentlichen lassen, oder durch den Herzog von Bayern, der sich bei der Geschichte des Aventin, welche eben erschienen ist94, recht großzügig gezeigt hat. Ich überlasse Dir also auch diese Aufgabe und lege Dir ans Herz, sie für uns und die gelehrte Welt zu lösen.

Andreas Hyperius an Oporin, Marburg, 7. September 1555

Nuper hac iter fecit a Serenissimo Rege Ferdinando ad Illustrissimum Principem nostrum missus D. Casparus a Nydbruck Utriusque Iuris Doctor, is petivit a me ut quedam suo nomine vellem curare Francofordium ad te perferri. Quid autem ego tum aliud, quam me libenter facturum? Sunt autem tres sarcinulae chartis obvolutae, colligatae funiculis, et qua parte funiculorum nectuntur nodi, sigillis obsignatae. Addita est singulis sarcinulis inscriptio: Pro Gasparo a Nydbruck Francoforti in officina Ioannis Oporini typographi Basiliensis. Nihil praeterea mihi in mandatis dedit.

Neulich ist Dr. Kaspar von Nidbruck als Gesandter des erlauchtesten Königs Ferdinand an unseren Fürsten hieher gekommen, und er hat mich gebeten, einiges unter seinem Namen zu Dir nach Frankfurt zu befördern. Wie hätte ich das nicht gern tun sollen. Es sind also drei Pakete, in Papier

⁹² Ferdinand I. und sein Sohn, der spätere Kaiser Maximilian II.

⁹³ Vgl. darüber etwa: Raymond Blanchot, Les vicissitudes des «Grecs du Roy», in: Gutenberg-Jahrbuch 1951, S. 9–16.

⁹⁴ Annalium Boiorum libri septem Ioanne Aventino autore. Ingolstadt, Dezember 1554.

eingeschlagen, mit Bindfaden verschnürt, und dort, wo die Fäden verknüpft sind mit Siegeln verschlossen. Jedes Paket trägt die Adresse: Für Kaspar von Nidbruck zu Frankfurt im Laden des Basler Buchdruckers Johannes Oporin. Sonst hat er mir nichts aufgetragen.

Oporin an Konrad Hubert, 24. April 1556

Mitto etiam arculam parvam, meo signo solito signatam, sed Hieronymi Fuggeri nomine inscriptam, et tela subiecto stramine involutam, quam oro ut Dominis Brechteris tradi cures, quorum studio et opera ad ipsum D. Hieronymum Fuggerum, ubi ubi ille in Italia est, perferetur. Solvent autem ipsi Prechteri et vecturam hinc Argentinam usque, quae non magna erit: et precium librorum, qui arcula ista continentur, quod est 31 florenorum. Ita enim mihi D. Ludovicus Carinus 95 affirmavit, se apud illos id effecturum, ut 31 fl. meo nomine, cuicumque iussero, reddant, idque D. Hieronymi Fuggeri rationibus expensum ferant. Eam itaque pecuniam ubi acceperis, quaeso te, pro coriis, ballam leder, ad minimum centum aut amplius comparandis, et propria vectura Basileam ad me mittendis, impendito. Et si Augustinus nulla habet, apud Henricum quendam, a quo Wendelinus Rihelius nuper 150 Episcopii nomine emerat, comparato, qui et seligi optima quaeque ex omnibus et non pluris quam 10 florenis ad 15 batzios, centum coria vendit, cum alii 12 requirant.

Ich schicke auch ein kleines Kistchen, welches in Tuch gepackt und darunter mit Stroh gepolstert ist, mit meinem üblichen Zeichen versehen, jedoch mit dem Namen von Hieronymus Fugger angeschrieben ist. Bitte laß es den Herren Brechter bringen; sie werden dafür sorgen, daß es zu Hieronymus Fugger an seinen jetzigen Aufenthaltsort in Italien befördert wird. Die Brechter werden die Fracht nach Straßburg bezahlen – es wird nicht viel sein –, dazu den Preis der Bücher, die im Kistchen enthalten sind, nämlich einunddreißig Gulden. Ludwig Kiel⁹⁵ hat mir nämlich versichert, er werde veranlassen, daß sie demjenigen, den ich angebe, einunddreißig Gulden auszahlen und Hieronymus Fugger dafür belasten. Wenn Du also dieses Geld bekommst, so bitte ich Dich, damit Häute, ...wenigstens hundert oder mehr, zu kaufen und sie mit einer eigenen Fuhre nach Basel zu schicken.

⁹⁵ Ludwig Kiel (1480–1569), ein bedeutender Humanist, war Lehrer mehrerer Söhne aus dem Hause Fugger gewesen, seine Fürsprache in Augsburg spielte in Oporins griechischen Projekten eine gewichtige Rolle. Vgl. Fritz Husner, Die Editio princeps des «Corpus historiae Byzantinae», Johannes Oporin, Hieronymus Wolf und die Fugger, in: Festschrift Karl Schwarber, Basel 1949, bes. S. 146ff.

Wenn Augustin keine hat, besorg sie bei einem gewissen Heinrich, von dem Wendelin Rihel letzthin einhundertfünfzig für Episcopius gekauft hat; er läßt einen erst noch die schönsten aus allen herauslesen und verlangt für hundert nur zehn Gulden zu fünfzehn Batzen, während andere zwölf Gulden verlangen.

Oporin an Joachim Camerarius, Frankfurt, September 1556

Praeterea cum in Odysseam tantum annotasse Heuslerum intelligam, minus ad edendum animo adducor: facile enim intelligo, multo minus vendibilem librum futurum, quam si etiam in Iliada, hoc est, totum Homerum, simul ederentur Annotationes. Expertus loquor, et puto ipsum etiam Heuslerum in unius Euripideae tragoediae editione⁹⁶, an quod dico verum sit, facile deprehendisse. Itaque velim etiam Iliada, si non tam prolixis Commentationibus, saltem brevibus Scholiis ab eodem ita explicari, et Euripidea interea omitti. Libenter ego interea impressionem suspendam: sum enim multis aliis plus satis occupatus.

Seit ich übrigens weiß, daß Heusler nur die Odyssee kommentiert hat, habe ich weniger Lust zum Druck. Es ist mir nämlich klar, daß das Buch viel schwerer verkäuflich sein wird, als wenn auch zur Ilias, das heißt zum ganzen Homer, Anmerkungen erscheinen. Ich spreche aus Erfahrung und glaube, auch Heusler hat leicht merken können, ob ich recht habe, als er eine einzelne Tragödie des Euripides herausgab 96. Deshalb möchte ich, daß auch die Ilias von ihm wenn nicht mit so langen Erklärungen, so doch wenigstens mit knappen Erläuterungen in gleicher Weise kommentiert wird und der Euripides unterdessen liegen bleibt. Ich werde den Druck gern solange unterbrechen, bin ich doch mit anderem übergenug beschäftigt.

Oporin an Konrad Hubert, 20. März 1557

Mitto 60 ballas, alias parvas, alias maiores, quas velim omnes Hanso Näfo nautae vestrati committi Francfordiam vehendas, et ad Carmelitos transferri, daß mans zů den frowenbrüdernn losse füren, quod coenobium officinae nostrae proximum est. neque enim in Officina mea illis recipiendis aut ponendis locus esset. Ego pro omnibus satisfaciam, quemadmodum et pro duobus vasis, ante

⁹⁶ Matthias Heusler hatte die Hecuba 1555 in Leipzig publiziert. Bei Oporin ist meines Wissens nie etwas von ihm erschienen, dagegen ist das Manuskript seines Kommentars zu den ersten vier Büchern der Odyssee noch vorhanden: Basel UB, Fr.-Gr. Mscr. I 33.

paucos dies item ad vos missis, N⁰. 13. 14 signatis, quae item ad Carmelitos una cum ballis poni cupio. Quaeso diligenter eam rem nautae committas. Propediem me coram, volente Deo, videbis.

Bene Vale, Basileae 20 Martii. 1557

Ioan. Oporinus Tuus ex animo

Ich schicke sechzig Ballen, größere und kleinere, bitte gib alle Eurem Schiffmann Hans Näf, damit sie nach Frankfurt geführt und dort zu den Karmelitern gebracht werden, ... denn die ses Kloster ist unserem Laden am nächsten, und in meinen Räumen hätte es keinen Platz, um sie zu lagern oder sonst unterzubringen. Ich werde für alles bezahlen, ebenso für die beiden Fässer Nr. 13 und 14, die ich vor wenigen Tagen an Euch geschickt habe und die mit den Ballen bei den Karmelitern abgeladen werden sollen. Bitte trag das dem Schiffmann gewissenhaft auf. Bald wirst Du mich persönlich sehen, so Gott will. Leb wohl. Basel, den 20. März 1557.

Herzlich Dein Joh. Oporin

Oporin an Heinrich Bullinger, 12. Juni 1557

S. Mitto quae interea excusa sunt folia ab h usque ad 097, et gaudeo Antichristum nihil potuisse adhuc obtinere, quominus propalam toti orbi ex Apocalypseos declaratione tua innotesceret. Fuit his diebus apud nos Vergerius 98, mirabilis Apostolus, ex eorum numero unus quos Christus et mollibus vestiri, et lautitiis incumbere, et (ut uno verbo dicam) in aulis regum versari ait 99. Conatus est hic ignem conflare, et tranquillitatem bonorum perturbare. Sed Domini beneficio, non successit ei conatus 100. Quod si ita pergere instituat, valde vereor, immo potius sperabo, detectam aliquam iri larvam, ne quid gravius dicam. Haec rursum in sinum tuum, mi D. Bullingere, depono, postquam semel animum tibi meum aperire sum ausus. Faxit Deus optimus maximus ut sincere et ex animo gloriae Christi serviant omnes, qui id se facere prae se ferunt. Bernardinum¹⁰¹ libenter vidi, optimum atque doctissimum virum, visus est mihi iunior quam ante biennium cum ad vos ascenderet. Gaudeo illi aerem vestrum ita convenire, et oro Dominum, ut diu organo illo suo incolumi frui liceat. Bene vale, et ignosce praeter rem prolixius tecum nuganti.

Sei gegrüßt. Ich schicke die inzwischen gedruckten Blätter h bis 097 und freue mich, daß der Antichrist bis jetzt nicht verhindern konnte, daß er der ganzen Welt durch Deine Auslegung der Apokalypse öffentlich bekannt gemacht wird. Dieser Tage war Vergerio98 bei uns, ein seltsamer Apostel und einer von denen, welche sich, wie Christus sagt, in weiche Kleider kleiden und dem üppigen Leben hingeben, die, mit einem Wort, in der Könige Häusern weilen99. Er hat versucht, hier einen Brand anzufachen und die Ruhe der Guten zu stören. Aber durch die Gnade Gottes ist sein Anschlag erfolglos geblieben100. Doch wenn er so weiterfährt, so fürchte ich sehr, vielmehr hoffe ich, daß irgend eine verborgene Absicht zum Vorschein kommen wird, um nichts Schlimmeres zu sagen. Auch das teile ich Dir wieder ganz im Vertrauen mit, mein Bullinger, nachdem ich einmal gewagt habe, Dir meine innersten Gedanken zu eröffnen. Gebe Gott der Allerhöchste, daß alle, welche sich den Anschein geben, auch aufrichtig und von Herzen dem Ruhme Christi dienen.

Bernardino 101 habe ich mit Vergnügen gesehen, er ist ein ausgezeichneter und hochgelehrter Herr, und mir scheint, er sehe besser aus als vor zwei Jahren, als er zu Euch reiste. Es freut mich, daß ihm Eure Luft so wohl tut, und ich bitte Gott, daß er uns dieses sein Werkzeug noch lange unversehrt erhalten wolle. Leb wohl und verzeih, wenn ich zu lange und über Unwichtiges geplaudert habe.

Basel, den 12. Juni 1557.

Dein Joh. Oporin

Oporin an Ulrich Iselin, [Spätherbst 1557]

Multis iam annis ego magnis laboribus ac summo studio id conatus sum, ut subinde aliquid emolumenti mea opera bonarum literarum studiosis pararetur: magisque ut aliis, quam mihi ipsi prodessem, studui. Tandemque per infelices illos motus bellicos partim, partim pestis intemperiem his demum nundinis, partim quorundam perfidiam officio suo male apud me respondentium eo redactus sum, ut quibus debebam, respondere proximis nundinis plane nequiverim: id quod facillimum factu mihi fuerat, si chirographa quae ad

⁹⁷ Nämlich die Lagen mit diesen Signaturen. Es handelt sich um den Druck In apocalypsim Iesu Christi ... conciones centum, authore Heinrycho Bullingero. Basel, Oporin, August 1557.

⁹⁸ Pietro Paolo Vergerio (1497/98–1565) war seit 1553 Rat des Herzogs Christoph von Württemberg.

⁹⁹ Nach Matth. 11, 8.

¹⁰⁰ Vergerio trieb zum Prozeß gegen Celio Secondo Curiones Buch De amplitudine beati regni Christi. Seine Bemühungen führten zuletzt doch noch zum Ziel.

¹⁰¹ Bernardino Ochino (1487–1567) war seit 1555 Prediger der italienischen Gemeinde in Zürich.

mille 800 florenos habebam, mihi bona fide soluta essent. Sed quia vix 200 ex illis accepi, vix sumptum vecturae, tabernae, viatici tolerare potui. Interea exemplaribus obruor longe optimis, a doctissimis quibusque viris: quibus excudendis cum non sufficiam, quia deest pecunia; vel dare aliis ea, vel remittere ad eos qui communicarunt oportet. Quod si (quod certe mallem, et in primis optarem) levi saltem ac brevis temporis subsidio vel a te, vel quovis alio adiutus, ea absolvere possem: non dubitarem proximis nundinis omni me difficultate, qua cum iam conflictor, liberatum iri. Oro itaque te, mi D. Doctor Ulrice, ut iam supra dixi, si quam ociosam pecuniam habes, perque eam et foenerari Domino, et consulere amico ac Reipublicae simul literariae promovendae velles: mihi mutuo etiam aliquid credas, ad proximas nundinas bona fide reddendum. Sin minus, apud alios saltem, si quem ociosum iacere nosti, difficultatibus nostris sublevandis, ac simul aliorum etiam multorum ex familia nostra, cum uxoribus ac liberis misere fame, si labore destituantur, pereuntium, necessitati adesse digneris: ne et ipse telluris inutile pondus traducere hanc hyemem, et magnis commoditatibus privari, simulque etiam alios ope mea destituere invitus cogar. Non dubito autem, si rem ipsam satis intelligas, probeque apud animum tuum expendas, quam gratum Deo officium, quam utile Reipublicae literariae futurum, quam necessarium amico, quam Christiano animo tuo dignum facturus hac beneficentia tua sis: quin nostris hisce precibus ut acquiescere aliqua ratione possis, sedulo daturus sis operam.

Schon viele Jahre lang habe ich mit großer Arbeit und allen Kräften versucht, mit meinen Bemühungen allen denen zu dienen, welche die Geisteswissenschaften treiben. Jetzt aber bin ich teils durch jene unglücklichen Kriegswirren, teils durch die Folgen der Pest an dieser Messe, teils durch die Treulosigkeit gewisser Leute, die ihre Verpflichtungen gegen mich schlecht erfüllen, in eine derartige Lage gekommen, daß ich meine Gläubiger an der vergangenen Messe schlechterdings nicht befriedigen konnte. Dabei wäre es mir leicht gefallen, wenn mir meine Schuldscheine, welche sich auf 1800 Gulden belaufen, richtig eingelöst worden wären. Weil ich aber davon kaum zweihundert erhalten habe, konnte ich kaum die Kosten für Transport, Herberge und Reise bezahlen. Dabei werde ich von ausgezeichneten Manuskripten der besten Gelehrten geradezu überschwemmt; weil ich sie aber nicht drucken kann, muß ich sie andern geben oder an die Absender zurückschicken. Wenn ich sie hingegen, wie ich gewiß lieber möchte und von Herzen wünsche, mit einer auch geringen und kurz fristigen Unterstützung von Dir oder einem andern selber herausgeben könnte, so zweifle ich nicht, daß ich mich an der nächsten Messe von allen Schwierigkeiten, welche mich

jetzt bedrängen, werde befreien können. Ich bitte Dich also, mein Dr. Ulrich, wie schon gesagt, wenn Du freies Geld hast und damit bei Gott Verdienste erwerben, einem Freund helfen und die Wissenschaft fördern willst, so leih auch mir etwas davon, ich werde es auf die nächste Messe treulich zurückzahlen. Wenn nicht, so hilf bitte wenigstens, wenn Du sonst irgendwo freies Kapital weißt, um unsere Schwierigkeiten zu lösen und die Not vieler anderer aus meinem Gesinde zu lindern, welche mit Frau und Kind elend an Hunger zu Grunde gehen werden, wenn sie keine Arbeit haben. So werde auch ich selbst nicht als unnütze Erdenlast den Winter verbringen, große Möglichkeiten versäumen und gegen meinen Willen auch andere im Stich lassen müssen. Ich zweisle aber nicht, wenn Du die Sache begreifst und richtig überlegst, wie dieser Dienst Gott wohlgefällig, der gelehrten Welt nützlich, einem Freunde nötig und Deiner christlichen Gesinnung angemessen ist, daß Du Dich ernstlich bemühen wirst, diese unsere Bitten irgendwie zu erfüllen.

Blasius Fabricius 102 an Oporin, Straßburg, 22. Dezember 1557

S. Nudius tertius eadem mecum per literas egit optimus meus Crusius, ut ad te mitterem primam graecae linguae partem¹⁰³, id quod feci iam: nam ego ita consului, et ipse abs te impetrare volui ut hunc susciperes laborem, qui habes graecas literas, et eas elegantissimas. Mihi earum non solum pauca sunt, sed etiam nova iam capio consilia de omnibus vendendis quae ad hanc meam pertinent officinam. Nam et operarum istarum infinitae molestiae et fraudes, valetudo quoque ista adversa, et creditorum quorundam importunia[e]104 duriores, alii denique magis ob calliditatis laudem, quam aequitatis studium duriores, prorsus me ab isto negotio avocant. Rihelius Wendelinus mecum agit de omnibus, qui me rogavit ut unum atque alterum diem expectem donec transigat cum fratribus, qui paterna iam dividunt bona 105, ballam 6 flo. dabo, et omnium exemplariorum copiam, atque imaginum. Chronicon Hedeonis 106 iamdudum vendidissent, sed nescio quare nihil addant cum hoc decenni[u]m¹⁰⁷ materiam copiosam suppeditasset. Interim priores Declamationum tomos Emmelio 108 excudendos permisi, cum ipse nequeam, certo tamen precio, et conditione si illa 800 exemplaria distracta fuerint109. Quod si Rihelius intra triduum nihil certi respondebit, Emmelio proponam, ac tandem, si noluerit, Ruhelio Witebergensi¹¹⁰. Itaque tertium tomum saltem mitto, cum ex Defectu priores vix collegerim pro Compositoribus.

102 Blasius Fabricius hatte im Jahre 1549 die Witwe des Druckers Crato Mylius geheiratet und dessen Offizin übernommen. Drucke von ihm kommen noch bis 1561 vor.

Sei gegrüßt. Vorgestern hat mir ebenfalls mein teuerster Crusius geschrieben, ich solle den ersten Teil der «griechischen Sprache» 103 an Dich schicken, wie ich bereits getan habe; denn ich hatte selber diese Absicht und wollte Dich bewegen, die Arbeit zu übernehmen, Du besitzest ja griechische Lettern und erst noch sehr schöne. Ich aber habe nur wenige, und überdies denke ich wieder daran, alles zu verkaufen, was zu meiner Drukkerei gehört. Die endlosen Scherereien und die Unzuverläßigkeit der Arbeitskräfte, meine schlechte Gesundheit und die Rücksichtslosigkeit der Gläubiger, sowie auch andere, die unerbittlich mehr Geschäftstüchtigkeit als Verständnis zeigen, haben mir die Freude an diesem Beruf völlig verdorben. Wendelin Rihel verhandelt mit mir über alles, er hat mich nur gebeten, noch ein paar Tage Geduld zu haben, bis er sich mit seinen Brüdern einigen kann, die eben das Erbe ihres Vaters teilen 105. Ich werde den Ballen für sechs Gulden geben, samt allen Manuskripten und Illustrationen. Die Chronik Hedios 106 hätten sie schon lange verkauft, aber ich weiß nicht, warum sie keine Fortsetzung anfügen, die letzten zehn Jahre haben ja genug Stoff geliefert. Inzwischen habe ich die ersten Bände der Reden Emmel¹⁰⁸ zu drucken gegeben, da ich selber nicht kann, aber zu einem festen Preis und unter der Bedingung, daß zuerst jene achthundert Exemplare verkauft sein müssen¹⁰⁹. Wenn also Rihel innert drei Tagen keinen endgültigen Bescheid gibt, werde ich Emmel ein Angebot machen und schließlich, wenn auch er nicht will, dem Rhau in Wittenberg¹¹⁰. Ich schicke also nur den dritten Band, da ich die ersten beiden kaum für die Setzer aus der Makulatur zusammenbringen konnte.

Wolfgang Wyssenburg an Oporin, [ca. Ende 1557]

De Velsii libro¹¹¹ et episcopi literis¹¹², quas ad me misisti, diutius dubitavi, quanam id fieret ratione. Verum cum non ignorarem te

- ¹⁰³ Wohl Martini Crusii puerilis in lingua Graeca institutionis pars prima. Basel, Oporin, Mai 1558.
 - 104 Verschrieben: importunias.
- 105 Der hier genannte Wendelin ist der Sohn des bekannten Druckers Wendelin Rihel (gestorben 1555); seine Brüder Josias und Theodosius hatten die Offizin des Vaters zwei Jahre lang weitergeführt, dann aber wurden sie uneinig und teilten.
- ¹⁰⁶ Ein außerleßne Chronick ... auß abbate Urspergense unnd Johann Tritemio Abt zu Spanheym, übersetzt von Kaspar Hedio, war 1549 in dritter Auflage «in C. Myllers und B. Fabricii Truckerey» erschienen. Es scheint nach dem Folgenden, daß Rihel das Werk in Kommission übernommen hatte.
 - 107 Verschrieben: decenniam.
- ¹⁰⁸ Samuel Emmel, Schwiegersohn des ältern Wendelin Rihel, druckte seit 1551. Die Declamationes lassen sich nicht identifizieren.
 - ¹⁰⁹ Die Interpretation dieses Satzes ist unsicher.
- ¹¹⁰ Da Georg Rhau 1548 gestorben war, müssen seine Erben gemeint sein, welche die Firma bis 1566 weitergeführt haben.

per me iam dudum admonitum, me nequaquam posthac Censorum velle fungi officio, sed simul cum exuta lectione¹¹³ et illud relegasse, amicitiae nomine ad me missa cogitabam utrumque, et in tuam optimi gratiam amici legi, quo nomine et quae nunc scribo dicta esse volo intelligas, non censorio, ne et hic erres. Episcopi peticionem ego sane subire non dubitarem, si rem tuam (ea enim ratio ad te spectat) hic facere posses, non enim video quid possit subesse periculi, si, ut scribit ille, consensum a Comitiorum legatis magistratus nomine impetravit. Nec tantum puto esse scelus, cuius gratia aliquam Magistratus nostri possis subire indignationem. Nam si licet Gregorios, Bernhardos, Bedas ac caeteros eius generis authores hic imprimere et vendere, qui et ipsi non paucis in locis a veritatis sinceritate turpiter aberrant, si fabris mechanicis summae idololathrie vasa ac reliquis flagiciis sua instrumenta¹¹⁴ fabrefacere ob rem faciendam concessum est, cur in iis ea negaretur libertas, quibus non semper flagitiose uti possumus? De Velsii libro haec sunt quae habeo: Principio mihi diligentissime considerandum videtur, an satyrica ista amarulentia, qua sepius utitur ac permaxime in praefacione, nostris conveniat temporibus. Nam et si neminem nominatim se velle perstringere dicat, nulli tamen non constat: qui sint, qui hodie bonorum ac piorum principum auxilio (quos ille Epicureos 115 vocat) concordiam religionis (rem nostrae Germaniae ac toti ecclesiae maxime necessariam) omnibus votis quaerunt, viri certe meo iuditio optimi: quos tamen ille non obscuris notis ita proscindit, ut sibi solus sapere videri possit. Hic tibi perpendendum relinguo, an magnam apud illos sint inituri gratiam non tantum qui talia ferunt: verum etiam qui haec ut latissime serpant adiuvant. Verum de argumento et re ipsa quae tractatur nihil definio. Nam ut ingenue fatear quod sentio: hanc divinitatis participationem et unionem cum homine, quam ipse sepius inculcat ac urget, nunquam intellexi neque etiamdum intelligo, atque ideo illi accedere non possum. Deinde novam video illum iustificationis formam velle constituere, quo quid sit futurum aliud non video quam quod nostri¹¹⁶ seculi hominibus novi incendii novum fomitem sit oblaturus. Postremo cum Cabalisticam hanc Theologiam semper exosam habuerim veluti Iudaicarum superstitionum altricem nocentissimam, aliis quidem huius rei censuram relinquere aequum est. Hunc itaque librum si editurus esse¹¹⁷, a nostris quaeso censoribus, non a me facultatem requirito. Haec mi Oporine etsi liberiori, non tamen nisi amico animo, in sinum tuum effutire volui: tu quod placitum est facito. Vale: ac parce lituris.

Tuus W[olfgangus] W[yßenburg] D[octor]

Was das Buch von Velsius¹¹¹ und den Brief des Bischofs¹¹² betrifft, bin ich lange im Zweifel gewesen, aus welcher Überlegung Du sie mir geschickt hast. Aber da ich Dir ja schon lange mitgeteilt habe, daß ich auf keinen Fall mehr als Zensor walten wolle, sondern zugleich mit den Vorlesungen¹¹³ auch dieses Amt aufgegeben habe, so dachte ich, Du habest sie mir aus Freundschaft zukommen lassen. Beides habe ich als Freund für einen guten Freund gelesen, und in diesem Sinn mußt Du auch das verstehen, was ich jetzt schreibe, nicht als Zensur, sonst irrst Du Dich. - Die Forderungen des Bischofs anzunehmen, würde ich jedenfalls nicht zögern, wenn Du damit Dein Geschäft machen kannst (das aber ist Deine Sache). Ich sehe nämlich nicht, wo eine Gefahr liegen könnte, wenn jener, wie er schreibt, das Einverständnis der Reichstagsgesandten im Namen der Obrigkeit erlangt hat. Ich glaube auch nicht, daß es ein so großes Verbrechen sei, daß Du Dir die Ungnade unserer Obrigkeit zuziehen könntest. Wenn man nämlich Gregor [den Großen], Bernhard [von Clairvaux] und andere Autoren dieser Art hier drucken und verkaufen darf, welche ebenfalls an nicht wenigen Stellen von der lauteren Wahrheit schändlich abweichen, wenn die Handwerker Gefäße für den größten Götzendienst und Geräte für die übrigen Lästerlichkeiten114 herstellen dürfen, nur um ihr Geschäft zu machen, warum sollte dann die Erlaubnis versagt werden in Dingen, die wir nicht immer auf lästerliche Weise verwenden müssen?

Wegen des Buches von Velsius ist Folgendes zu sagen: Erstens scheint mir, man müsse sorg fältig erwägen, ob jene satirische Bitterkeit, die er oft und vor allem in der Vorrede braucht, unseren Zeiten zu statten komme. Obwohl er nämlich sagt, er wolle niemand mit Namen anprangern, so ist doch für jedermann klar, wer diejenigen sind, die heute mit der Unterstützung guter und frommer Fürsten (er nennt sie Epikuräer¹¹⁵) die Einheit des Glaubens (sie ist für unser deutsches Land und die ganze Kirche höchst notwendig) mit allen Kräften zu erreichen suchen, nach meiner Meinung jedenfalls ausgezeichnete Männer. Er aber macht sie mit nicht undeutlichen Worten derart herunter, daß man meinen könnte, er allein besitze die Weisheit. Ich überlasse es Dir, zu überlegen, ob sich der bei

¹¹¹ Über das hier erwähnte Werk vgl. auch den folgenden Brief an Bullinger. – Justus Velsius hatte 1550–1554 in Köln Vorlesungen an der philosophischen Fakultät gehalten, war dann wegen seines Glaubens abgesetzt und vorübergehend eingekerkert worden. Seither führte er ein ruheloses Wanderleben. Vgl. über ihn Die Amerbachkorrespondenz, Bd. 6, ed. Beat Rudolf Jenny, Basel 1967, S. 187 ff.

¹¹² Diese Schrift läßt sich nicht identifizieren.

Wyßenburg war Professor des Neuen Testaments gewesen, las aber seit 1554 nicht mehr.

¹¹⁴ Nämlich für den katholischen Kult.

¹¹⁵ «Epikuräer» war ein Schimpfwort, das die Lauen und Bequemen bezeichnete.

jenen sehr beliebt macht, welcher solches schreibt oder auch hilft, daß es weithin verbreitet wird. Doch über das Thema und die Sache, welche behandelt wird, möchte ich keine unbedingten Sätze aufstellen, denn um meine innerste Meinung zu sagen: diese Teilhaftigkeit und Vereinigung der Gottheit mit dem Menschen, welche er öfters betont und behauptet, die habe ich nie verstanden und verstehe sie bis heute nicht, deshalb kann ich ihm nicht beistimmen. Weiter sehe ich, daß er eine neue Formel für die Rechtfertigung aufstellen will, und davon kann ich keine andere Wirkung erwarten, als daß er den Menschen unserer Zeit neue Nahrung für einen neuen Brand liefern wird. Schließlich: da ich diese kabbalistische Theologie immer als einen verderblichen Nährboden der jüdischen Irrlehren gehaßt habe, ist es besser, ich überlasse andern das Urteil darüber. Wenn Du also dieses Buch herausgeben willst, so bitte unsere Zensoren um Erlaubnis, nicht mich. Wenn ich Dir das freimütig gesagt habe, mein Oporin, so möchte ich es Dir doch ganz freundschaftlich und im Vertrauen mitgeteilt haben. Du aber tu, was Dir gut scheint. Leb wohl und verzeih, daß ich nicht sauberer geschrieben habe.

Dein Dr. W. W.

Oporin an Heinrich Bullinger, 13. Februar 1558

Scis superioribus diebus improbatum a nostris opus Cantuariensis 118, ex Anglico sermone in latinum a Ioanne Foxo versum: tua tamen ope locum apud vos, ubi excuderetur, reperisse. Cogitavi itaque idem fieri etiam in aliis posse ita, si tibi e republica Christiana videretur. Misit ad me Velsius libellum hunc, de vera Christianaque collapsae Ecclesiasticae hierarchiae instauratione¹¹⁹: et per omnia sacra me obtestatur, ut vel ipse excudam, vel excudi per alios curem. Obtuli ergo Censoribus nostris, qui eum omnino non excudendum, sed ad ipsum remittendum esse aiunt. Et quamquam eundem ego antea legissem, et qua sum in rebus Theologicis obtusa Minerva, nihil in eo deprehendissem quod non approbari, aut saltem tolerari nostro seculo posse putarem: tamen standum esse Censorum nostrorum iudicio existimavi. Et quia ab ipsis improbatur, antequam ad illum remitterem (id quod hac ipsa hora oblato certissimo tabellario Rascalono, Principis Otthenrici secretario, facere optime poteram) prius etiam a te perspici illum debere putavi. Oroque ut tantum seriis negotiis tuis subducere temporis, quantum legendo isti sufficiat, velis: et si dignum editione censueris, iuvare uti edatur ad proximas nundinas, ne graveris.

¹¹⁶ Verschrieben: nostris.

¹¹⁷ Statt «es» oder ähnlich.

Correctionem accurate fieri curabis procul dubio, et si interdum minus grammatice nostri amanuenses descripserint, emendabis. Ea quae in foliorum summitatem scribenda sunt, recte applicentur, ut respondeant materiis, quae in singulis foliis exponuntur. Nos quidem curavimus adscribi, sed ubi fiet impressio necesse erit crebro mutari. Index quoque plenus adiiciatur, qui quidem facilime concinnari poterit, praesertim cum omnia sint perspicuo ordine distributa.

Pactio autem inter nos ita erit: Statim ad Bartolomei, nobis trades Francofurti centum exemplaria, quae, cum pecuniam a te exigere pro nostris laboribus non ausimus, nobis qualiscunque honorarii loco sint, et necesse est nos plurima exemplaria amicis, id quod non ignoras, distribuere, ac speramus te istam conditionem non gravatim recepturum esse. Existimamus certe non iniquum esse, si alii hoc opus tradendum esset, ut mediocre honorarium postularemus, praesertim cum magnis sumptibus et laboribus constiterit, ut tu pro tua eximia prudentia et doctrina recte aestimare potes.

¹⁶² Vielleicht aufzulösen als «prorsus tuus»: völlig Dein.

Jetzt möchten wir also, daß Du die Sammlung der Lehre aus dem Alten Testament 163 die sen Sommer setzest und veröffentlichst; Du wirst damit zweifellos zu Gottes Lob beitragen und Dir die ganze Kirche Christi durch solch einen großen Dienst verpflichten. Die Gestalt des Buches aber wünschen wir wie folgt: in Quart, aus gutem Papier und mit breiten Rändern, in kursiver Schrift oder einer solchen, wie das Syntagma164 sie aufweist, und zwar weil wir fürchten, man könne das Werk in Oktav nicht so drucken, daß es in einem Band Platz findet, mehrbändig aber soll es nicht sein. Andererseits wollen wir zum vornherein keinen Folianten. Wir bitten also wie gesagt, daß es wenigstens fürs erste in Quart gedruckt werde, damit es in einem Band untergebracht werden kann und jene, welche die Sammlung des Neuen Testaments besitzen, leichter auch dieses kaufen können. Wenn der Druck aber einmal fertig ist, kannst Du nach Deiner Überzeugung, auf welche wir sehr viel halten, eine Ausgabe in Folio machen und die Sammlung des Alten und des Neuen Testaments in einem rechten Band vereinigen; darüber werden wir uns diesen Sommer noch besprechen, so Gott will. Wir vertrauen aber sehr darauf, daß Du Dich bemühen wirst, daß das Buch auf die nächste Herbstmesse erscheinen kann, und sind überzeugt, daß das auch in Deinem Interesse liegt.

Du wirst ohne Zweifel dafür sorgen, daß die Korrektur sorg fältig geschieht, und wenn unsere Helfer zuweilen nicht nach den Regeln kopiert haben, wirst Du es verbessern. Die Titel über den Seiten sollen richtig einge setzt werden, damit sie dem Stoff entsprechen, welcher auf den einzelnen Blättern behandelt wird. Wir haben das zwar besorgen lassen, aber beim Druck wird man sehr oft ändern müssen. Auch ein vollständiger Index soll beigegeben werden, er wird sich leicht herstellen lassen, vor allem weil ja alles in eine klare Ordnung aufgegliedert ist.

Die Abmachung aber zwischen uns soll folgende sein: Sogleich zu Bartholomaei übergibst Du uns in Frankfurt hundert Exemplare, welche uns eben als Honorar dienen werden, da wir von Dir kein Geld für unsere Arbeit zu verlangen wagen. Wir müssen ja zahlreiche Exemplare an unsere Freunde verteilen, wie Du wohl weißt, und hoffen, Du werdest diese Bedingung nicht ungern annehmen. Wir hätten es nicht für unbillig gehalten, wenn wir das Werk einem andern übergäben, eine mäßige Entschädigung in bar zu verlangen, vor allem weil es viel Aufwand und Arbeit gekostet hat, wie Du in Deiner großen Erfahrung und wissenschaftlichen Einsicht ermessen kannst.

¹⁶⁸ ΣΥΝΤΑGMA seu corpus doctrinae veri & omnipotentis Dei, ex veteri Testamento tantum . . . collectum, dispositum & concinnatum per Iohannem Wigandum & Matthaeum Iudicem. Basel, Oporin und Herwagen, März 1564.
¹⁶⁴ Das Corpus doctrinae, ex novo Testamento congestum, vgl. den Brief vom 10. Juni 1558.

Hieronymus Wolf an Oporin, 5. Mai 1563

Salutem Plurimam Dico. Binas 165 abs te literas accepi, mi D. Oporine, ... utraeque tristissimae, eoque tristiores, quod ii quorum opem imploras, partim ipsi rerum suarum satagunt, partim absunt, fortassis et ipsi, etsi adessent, nihilo plus opis allaturi. His tribus proximis annis, magna est facta rerum huius urbis mutatio. Neque Gallus neque Hispanus, neque Lusitanus 166, qui ingentem Augustanorum procerum pecuniam detinent, vel teruncium solvunt. Exaruit igitur vetus illa et liberalitas et magnificentia, neque ego sane quicquam ad spem hinc afferre possum. D. Joannes Jacobus 167 varia excusat, teque hortatur in dissolvendi sui debiti ratione, ut coeperis, ita ut pergas, tantum abest, ut plus suppeditet, id quod e Quickelbergii literis intelliges. De Marco et Joanne, vix somniare quicquam ausim. Bomgartnerus 168 in praedio Ulmae vicino abest. Literas tuas mature accepit, nihil vero (quod ego quidem intellexerim) respondit, et plus satis, opinor, occupatus est sublevando fratre, qui έπτὰ μυριάδων έκατοντάδας debere fertur, hoc est, plus quam animam, et latitare, ne eandem fortunam subeat, quam Huldrichus Fuggerus, qui quidem custodia liberatus est, sed ea conditione, qua Aesopica vulpecula, praecisa cauda et ventre ita attenuato, ut per angustum foramen possit egredi. ... De pluribus aliis, genere et opibus non multo inferioribus nihil scribo, et haec ipsa, quamuis invitus, idcirco refero, cum ne te solum obaeratum esse putes, tum ut alias emergendi occasiones quaeras.

Sei herzlich gegrüßt. Deine beiden Briefe 165 habe ich erhalten, mein Oporin, ... beide sind traurig und um so trostloser, weil diejenigen, deren Hilfe Du erflehst, teils genug mit sich selber zu tun haben, teils abwesend sind, und wenn sie hier wären, würden sie vielleicht auch nicht helfen. In den letzten drei Jahren haben sich die Dinge in dieser Stadt gründlich geändert. Weder der Franzose, noch der Spanier, noch der Portugiese 166, welche von den vornehmen Augsburgern unermessliche Summen erhalten haben, zahlen auch nur das Geringste zurück. Aus diesem Grunde sind die alte Freigebigkeit und der alte Glanz erloschen, und ich kann Dir von dieser Seite wirklich keine Hoffnung machen. Johann Jakob 167 braucht verschiedene Ausflüchte

¹⁶⁵ Wohl zwei Exemplare desselben Briefes, die Oporin vorsichtshalber auf verschiedenen Wegen nach Augsburg geschickt hätte, wie das in wichtigen Angelegenheiten zuweilen geübt wurde. Auch den vorliegenden Brief hat Wolf in zwei Exemplaren abgeschickt, beide sind erhalten.

¹⁶⁶ Ergänze «rex», König.

¹⁶⁷ Johann Jakob Fugger (1516–1575), politisch begabt, eifriger Förderer der Wissenschaft und Bücherfreund, aber ein schlechter Kaufmann, hatte gegen seine Neigung das Geschäft des Onkels Anton Fugger (1493–1560) mit über-

und mahnt Dich, Deine alte Schuld bei ihm weiter abzutragen, wie Du begonnen hast; so weit ist er davon entfernt, Dir mehr zu geben, aus Quickelbergs Brief wirst Du das sehen. Von Markus und Johannes wage ich kaum im Traum etwas zu erhoffen. Baumgartner weilt auf seinem Landgut in Ulm, Deinen Brief hat er beizeiten erhalten, aber nichts geantwortet, soviel ich weiß; er hat wohl genug damit zu tun, seinem Bruder zu helfen. Der hat sieben Millionen Schulden, das heißt, das Wasser steht ihm bis an den Hals, und er hält sich verborgen, um nicht das selbe Schicksal zu erleiden wie Ulrich Fugger, der zwar wieder aus der Haft freigelassen worden ist, aber wie das Füchslein bei Äsop, ohne Schwanz und mit einem so dünnen Bauch, daß ihm ein enges Loch zum Entwischen genügt. ... Von mehreren anderen, die nicht viel weniger vornehm und reich sind, will ich nichts schreiben, auch das Obige berichte ich nur ungern, damit Du nicht allein in Schulden zu stecken glaubst und einen andern Ausweg suchst.

Oporin an Konrad Hubert, Basel, 10. Juni 1563

S. Mitto ad te mi D. Conrade, vasa aliquot argentea, ex supellectile mea supervacanea deprompta, quibus carere aliquamdiu absque rerum mearum detrimento possum, ut ea mihi pignoris nomine inserviant apud quendam apud vos agentem virum, nomine Ioannes Schilling Keller zů Röttelen, inn Herr Johann Braunen deß Probst seligen hauß wonhafft, oder inn sinem abwesen, apud Leonardum Rusch uff S. Elßbeten gassen, etc. per illos enim mihi curabitur pecunia, ubi vasa illa acceperint: idque dissimulato meo nomine apud alios, ne ad alia mea infortunia quibus proximis nundinis vexatus sum, id etiam incommodi accedat, ut prorsus de rebus meis actum dicant adversarii, qui non solum fortunis omnibus, sed etiam vita exutum me vellent. Summa, quia pecuniam qua opus habeo, alioqui petere non possum, oportet hac via uti. Et quia neminem habeo, cui et libentius et tutius fidam quam tibi, tua hac in re fide atque opera uti potius quam ullius alîus mortalium omnium

nehmen müssen und war als ältester der Teilhaber führend darin tätig. Die Firma erlitt unter ihm große Verluste, im Jahre 1564 mußte er praktisch bankrott ausscheiden. Über die im Folgenden genannten Glieder der Fuggerschen Familie vgl. die Zusammenstellung bei Fritz Husner, Die Editio princeps des «Corpus historiae Byzantinae», Johannes Oporin, Hieronymus Wolf und die Fugger, in: Festschrift Karl Schwarber, Basel 1949, S. 147f.

Warnemunde, Augsburger Handel in den letzten Jahrzehnten des 16. Jahrhunderts und dem beginnenden 17. Jahrhundert. Diss. Freiburg i.Br. 1956 (Maschinenschrift), S. 47f. – Die im Folgenden genannte Schuldsumme ist (in Gulden gerechnet) gut zehnmal zu hoch.

volui. Oro itaque ut vasculum, cui illa argentea κειμήλια inclusi, ubi acceperis, aperias, et vasa in sacculo aut corbe aliquo (quem meo nomine ad hoc ipsum comparabis, pecuniam bona fide, qua illum comparaveris, a me recepturus) posita, una cum literis ad Ioannem Schillingum illum, sive Leonardum Rusch (quorum iam antea mentionem feci) a praefecto Röttelensi scriptis, offeres eisdem: et ut pro illo pignore quantum pecuniae tibi dederint accipias, (quam vellem in taleris dari, si fieri posset) et tu meo et tuo nomine literas acceptae pecuniae ipsis tua manu scriptas tradas: ab ipsis vero vicissim schedam accepti pignoris, nominatim et sigillatim singulis eius partibus expressis accipias (ut in scheda literis hisce inclusa, etiam a me ipso expressa singula videbis). Spero autem me accepturum ab ipsis 400 florenos, pluris enim valent vasa illa, et praefectus, quem dixi, Röttelensis (qui ad illos etiam scribit, cuius literas in vasculi suprema parte, supra libros quibus vasculum implevi, reperies, quas ante omnia illis reddendas cures) promisit, tantum omnino pecuniae mihi numeratum iri, quanti vasa illa constiterint, neque plus quam 5 florenos me pro centum, numerare debere ad anni spacium. Spero autem etiam ante annum absolutum, me illa redempturum. Quaeso itaque te, mi D. Conrade, ut vasa omnia ponderari, et singula nomina ut hic a me expressa vides, ab ipsis qui pignoris loco illa accipient, tibi dari cures: ipsisque etiam, ut clam habeant, iniungas. Et sive 400 florenorum summam (quod omnino cupio) sive paulo minus dederint, postea in sacculum coniectam, et pulchre obsignatam, aut etiam 4 tomis Luciani¹⁶⁹ impositam, et deinde maculaturis circumvolutam, ut nesciatur pecuniam esse sed materiam ad characteres fundendos (als spießglas¹⁷⁰, dann das selb ist schwer) esse credatur, Christophoro Riedlingero trades, eique diligenter commendes (sed poteris ipsi etiam dicere, pecuniam esse, quae alicunde ad te sit missa, ut mihi mittas), ut coriis bene involuta ad me per certum et proximum aurigam advehatur. Itaque bonum esset, ut illa ita coriis involuta, vasculo eidem illi, in quo ego mea vascula Argentinam mitto, includeretur, nam in vasculo omnium optime et tutissime advehi poterit. Intelligis puto quid velim.

Aperto vasculo primum reperies literas a praefecto Röttelensi ad Ioannem Schilling et Leonhardum Rusch scriptas, quas ante omnia ipsis reddi curabis. Deinde reperies tria exemplaria Regneri Praedinii¹⁷¹, quorum unum tibi (si voles) servabis, reliqua duo dabis Christophoro Riedlingero, ut vel suo vel meo nomine distrahat, 12 batziis singula. Oportuit autem illis implere vasculum, idque malebam quam stramine implere. Deinde reperies magnum poculum inauratum in propria pixide, et in parva pixidula horologium

crystallo et argento inclusum, reliqua vascula maculaturis et stramine involuta. Valde autem cupio, omnium precia et pondus a perito aliquo aurifabro aestimari, ut sciamus ambo, quanti precii pignus dederim. nam non minus id illorum qui pecuniam dabunt, intererit, quam mea qui pignus depono. Ceterum non existimabis, mi D. Conrade, ideo nihil amplius mihi relictum, atque ita forsitan te quoque, de eo quod tibi debeo pericliturum: habeo enim plura adhuc alia domi vascula argentea, quam hic mitto: sed hisce in praesentia optime carere possum, pecunia vero carere non possum. Explicare enim me ex difficultatibus oportet, in quas me infamia ex prohibito et erepto mihi per Magistratum nostrum Zanchi¹⁷² libro apud nostros cives excitata coniecit: adeo ut qui aliquando tria, quatuor, quinque milia unis nundinis a civibus meis accipere potui, quae Francfordiae redderem, iam vix ducenta conquirere possem: adeo omnes metuunt, ne quod semel atque iterum mihi evenit, semper eventurum sit: et quia proximis nundinis liber ereptus est, fore ut etiam futuris alius eripiatur, atque ita tandem fortunis omnibus exuar. Sed vivit Dominus, qui et hactenus mirabiliter contra omnes Sathanae, toties me cribrare conati, insultus me conservavit: et ante triduum, hoc est proxima die lunae, quae fuit huius mensis Iunii septima, rursum mirabiliter liberavit, cum iterum ad Senatum nostrum utrumque (beide rhät, alt und nüw) vocatus sum, ut de tam grandi flagitio iampridem commisso, hoc est Zanchi libro a me non consultis prius Censoribus excuso, denuo responderem: ubi nihil aliud quam ut de poena ageretur expectandum erat, (nam antea, cum liber mihi eriperetur, satis responderam), nam priore responso alioqui esse contenti poterant: sed Sathan per suos sibi nondum satisfactum putans, etiam amplius quiddam quaerebat: pulchre tamen ope Dei optimi maximi evasi rursum, absque alia poena, quam quod libris mihi ereptis carendum est. Sed bonorum quorundam virorum consilio non tam excusare factum (quamquam id quoque) quam agnoscere et deprecari culpam ac veniam petere oportuit: alioqui et in carcerem tertio (nam bis antea fui, semel propter Alcoranum cum Confutationibus 173 editum, deinde propter Tridentini conciliabuli nugas 174 editas) iam intrusus ille Reipublicae et publicae tranquillitatis perturbator Oporinus fuisset, et minimum centum florenorum poena mulctatus: aut trecentorum potius, nam ter iam edictum magistratus a me neglectum et contemptum esse, graviter accusatus sum: primo Actis Romanorum pontificum quae a Baleo fuerant collecta, inconsultis Censoribus contra magistratus edictum editis¹⁷⁵: secundo, tribus libellis de Eucharistia (nam Boquini, Pincieri, et Doct. nostri Wolfgangi) editis¹⁷⁶, quorum duo mihi Landgravii et Palatini intercessione liberati sunt, tertius adhuc

prohibitus iacet: et tertio, iam Zanchi libro, de quo tanta iam in Republica Argentinensi turba sit excitata, ut de eo perimendo laborandum ipsis, et ad nostrum magistratum scribendum fuerit.

Sei gegrüßt. Ich schicke Dir, mein Konrad, einige silberne Gefäße aus meinem überflüssigen Hausrat, auf welche ich ohne Schaden eine gewisse Zeit verzichten kann, um sie bei einem bei Euch wohnhaften Mann als Pfand zu verwenden, er heißt Johannes Schilling... Durch diese Männer werde ich nämlich Geld erhalten, wenn sie die Gefäße bekommen, und zwar ohne daß mein Name bei andern genannt wird, damit nicht zu meinem übrigen Unglück, das mich auf der letzten Messe getroffen hat, auch noch die Unannehmlichkeit komme, daß meine Feinde, welche mir nicht nur meinen ganzen Besitz, sondern am liebsten auch noch das Leben nehmen wollen, frohlocken können, es sei mit meinem Geschäft völlig zu Ende. Kurz, da ich Geld brauche und es nicht anderswo suchen kann, muß ich diesen Weg einschlagen. Und weil ich niemand weiß, dem ich eher und fester vertraue als Dir, will ich lieber Deine treuen Dienste als die irgend eines anderen Menschen in Anspruch nehmen. Ich bitte Dich also, wenn Du das Fäßchen erhältst, in welches ich jene silbernen Wertsachen eingeschlossen habe, so öffne es, packe die Gefäse in einen Beutel oder einen Korb (Du kannst ihn auf meine Rechnung kaufen und wirst das Geld, welches Du dafür ausgelegt hast, von mir treulich zurückerhalten), nimm den Brief des Statthalters von Rötteln an Johann Schilling oder Leonhard Rusch, welche ich bereits erwähnte, und bring ihnen alles. Damit Du dann für dieses Pfand das Geld erhältst, welches sie Dir geben wollen (ich möchte es wenn möglich in Talern haben), wirst auch Du ihnen in meinem und Deinem Namen eine eigenhändige Quittung geben. Von ihnen aber wirst Du Deinerseits eine Bestätigung für das Pfand empfangen, in welcher ausdrücklich und Stück für Stück die einzelnen Teile aufgeführt sein werden (wie Du auf der Quittung, welche diesem Brief beiliegt, auch von mir alles einzeln aufgezählt siehst). Ich hoffe aber von ihnen vierhundert Gulden zu erhalten, die Gefäße sind nämlich mehr wert, und der genannte Statthalter von Rötteln (der auch an jene schreibt, sein Brief liegt oben im Faß auf den Büchern, mit welchen ich es gefüllt habe, Du mußt ihn ihnen unbedingt zustellen) hat versprochen, ich werde genau so viel Geld erhalten, wie die Gefäße wert sind, und ich müsse im Jahr nicht mehr als fünf Gulden für hundert bezahlen. Ich hoffe aber auch, alles auslösen zu können, bevor ein Jahr um ist. Ich bitte Dich also, mein Konrad, jedes einzelne Gefäß wägen und Dir die einzelnen Guthaben so, wie Du sie hier von mir aufgeführt siehst, von den Empfängern des Pfandes bestätigen zu lassen. Verpflichte sie auch zum Stillschweigen. Und wenn sie dann vierhundert Gulden, wie ich durchaus möchte, oder etwas weniger gegeben haben, so steck das Geld in einen Beutel und versiegle ihn säuberlich, oder leg es auch mit vier Bänden Lucian 169 zusammen, umwickle es mit Makulatur, damit man nicht merkt, daß es Geld sei, sondern glaubt, es sei Material zum Schriftgießen (zum Beispiel Spießglas 170, denn das ist schwer), gib es so Christoph Riedlinger und empfiehl es seiner Sorgfalt (Du kannst ihm aber auch sagen, daß es Geld sei, welches Dir geschickt worden sei, damit Du es an mich weiterleitest), er solle es mir in Häute gut eingepackt mit einem zuverlässigen Fuhrmann nächstens schicken. Deshalb wäre es gut, wenn Du es so in Häute gewickelt in das selbe Fäßchen legtest, in welchem ich meine Gefäße nach Straßburg schicke. In einem Fäßchen kann man es nämlich am besten und sichersten transportieren. Ich glaube, Du verstehst, was ich meine.

Wenn Du das Fäßchen öffnest, findest Du zuerst den Brief des Verwalters von Rötteln an Johannes Schilling und Leonhard Rusch, welchen Du vor allem andern ihnen zukommen lassen wirst, dann folgen drei Exemplare des Regnerus Praedinius¹⁷¹, eins davon kannst Du behalten, wenn Du willst, die beiden andern gib Christoph Riedlinger, er soll sie in seinem oder meinem Namen verkaufen, jedes zu zwölf Batzen. Ich habe sie nämlich gebraucht, um das Fäßchen zu füllen, und wollte lieber sie verwenden als Stroh. Dann findest Du einen großen vergoldeten Pokal in einem besonderen Futteral, und in einer kleinen Kapsel eine Uhr, von Kristall und Silber umschlossen, sowie die übrigen Gefäße, in Makulatur und Stroh eingewickelt. Ich wünsche aber sehr, daß Wert und Gewicht von allen durch einen erfahrenen Goldschmied geschätzt werden, damit beide Parteien wissen, welchen Wert mein Pfand besitzt; das liegt ja nicht weniger im Interesse derjenigen, welche dafür ihr Geld geben, als in meinem, der ich das Pfand hinterlege. Übrigens mußt Du nicht meinen, mein Konrad, es bleibe mir de swegen nichts mehr übrig, und so könntest vielleicht auch Du mit dem, was ich Dir schuldig bin, in Gefahr kommen. Ich habe nämlich zu Hause noch andere silberne Gefäße, als ich Dir hier schicke; nur kann ich diese jetzt sehr wohl entbehren, nicht aber das Geld. Ich muß nämlich aus den Schwierigkeiten herauskommen, in welche mich der schlechte Ruf bei unseren Bürgern gebracht hat, weil Zanchis Buch¹⁷² von unserer Obrigkeit verboten

¹⁶⁹ Luciani Samosatensis opera quae quidem extant omnia Graece et Latine, in quatuor tomos divisa, ... una cum Gilberti Cognati Nozereni & Ioannis Sambuci annotationibus utilissimis. Basel, Henric-Petri, März 1563. Ob das Werk in Straßburg gedruckt worden ist?

¹⁷⁰ Spießglas oder Spießglanz (Antimon, auch Antimon-Verbindungen) ist ein Bestandteil des Letternmetalls.

¹⁷¹ Regneri Praedinii Frisii Groningensis ... opera. Basel, Oporin, März 1563.

¹⁷⁸ Hieronymus Zanchi, Prediger der italienischen Gemeinde in Straßburg, war in dogmatische Gegensätze zu seinem Vorgesetzten Johannes Marbach geraten und hatte seine Thesen bei Oporin drucken lassen wollen. Am 11. März 1563 hatte ein Bote aus Straßburg die Beschlagnahme der Schrift verlangt, und

und beschlagnahmt worden ist: während ich einst von meinen Mitbürgern drei-, vier-, fünftausend Gulden auf eine einzige Messe bekommen konnte, um sie in Frankfurt zurückzuzahlen, kann ich jetzt kaum noch zweihundert auftreiben, so sehr fürchten alle, was mir einmal und nochmals geschehen ist, werde immer wieder eintreten, und weil uns an der letzten Messe ein Buch weggenommen worden ist, werde mir an den kommenden ein anderes genommen werden, so werde ich am Ende meinen ganzen Besitz verlieren. Aber Gott lebt, er hat mich bisher gegen alle Anschläge Satans, der mir so oft zu schaffen machte, geschützt und mich vor drei Tagen, das heißt am letzten Montag, am 7. Juni, wiederum wunderbarlich errettet, als ich von neuem vor beide Räte zitiert wurde, um mich für jene große Übeltat, die ich schon lange verübt hatte, das heißt für Zanchis Buch, das ich ohne Befragung der Zensoren druckte, nochmals zu verantworten; es war nichts anderes zu erwarten, als daß es sich um die Strafe handeln würde, denn zuvor, als mir das Buch beschlagnahmt wurde, hatte ich genügend Auskunft gegeben. Mit dem ersten Bescheid hätten sie nämlich zufrieden sein können, doch Satan meinte, es sei ihm von den Seinen noch nicht genug geschehen, und verlangte noch mehr; aber mit der Hilfe des Allerhöchsten bin ich gut davongekommen, ohne eine andere Strafe, als daß ich auf die beschlagnahmten Bücher verzichten muß. Allerdings durfte ich nach dem Rat einiger mir wohlgesinnter Männer weniger meine Tat entschuldigen (obwohl auch das), als meine Schuld anerkennen, Abbitte leisten und um Gnade bitten, sonst wäre ich zum dritten Mal ins Gefängnis geworfen worden (zweimal bin ich nämlich schon dort gewesen, einmal wegen der Herausgabe des Koran mit den Widerlegungen¹⁷³, das andere Mal, weil ich das Schriftchen über das Pseudokonzil von Trient¹⁷⁴ druckte) als der Unruhestifter im Staat und öffentliche Störefried, der dieser Oporin sein soll, und wäre mit wenigstens hundert Gulden gebüßt worden, vielmehr mit dreihundert, denn ich war hart angeklagt, bereits dreimal das Gebot des Rates verachtet und übertreten zu haben, zuerst als ich die Taten der römischen Päpste, welche Bale gesammelt hatte, ohne Befragung der Zensoren gegen das Gebot des Rates herausgegeben hatte¹⁷⁵; zweitens durch die drei Büchlein über die Eucharistie (nämlich von Boquinus, Pincier und unserem Wyssenburg¹⁷⁶), von welchen mir zwei durch das Eingreifen des Landgrafen und des Pfälzers wieder ausgelöst worden sind, das dritte ist immer noch verboten; drittens jetzt

der Basler Rat hatte diesem Begehren entsprochen. – Hubert stand auf der Seite Zanchis.

¹⁷⁸ Der lateinische Koran von 1542 war eines der ersten großen Verlagsunternehmen Oporins gewesen.

¹⁷⁴ Der Dialogus super Tridentini concilii progressu et successu des Wiener Bischofs Nausea war anonym im Jahre 1552 bei Oporin erschienen.

¹⁷⁵ Im Jahre 1558.

¹⁷⁶ Vgl. den Brief an Bullinger vom 15. März 1561.

durch das Buch Zanchis, über das in der Stadt Straßburg eine solche Aufregung herrschen soll, daß sie es zu vernichten versuchen und an unseren Rat schreiben mußten.

Oporin an Konrad Hubert, 11. April 1564177

Non opus me habiturum sperabam [pecunia], cum apud vos essem. Sed qui polliciti fuerant Francfordiae, iam ante mercatum Zurzachensem, aut etiam ante nundinas Argentinenses, hoc est festum Divi Ioannis, non posse quicquam mihi dare, sancte iurant: postea, si velim, quantum velim etiam, daturi. Verum unde interea familiam sustinebo? aut quomodo non maxima rerum mearum iactura, totis mensibus tribus cessabo? et amissos semel, quos optimos habeo aliquot [libros], recuperabo? Itaque vel denuo argenteis vasis oppignerandis, vel quacumque demum ratione ut pecuniam alicunde conquiram necesse erit, quae ad id saltem tempus nobis sufficiat, dum libenter illi rursum dabunt, et ut accipiam quam in nundinis cum faenore ipsis reddam, ultro urgebunt. Et potuissem forte etiam tot mensibus ferendis hisce sumptibus quos iam non ita magnos sustineo pro quatuor tantum prelis, sufficere, nisi emenda mihi domus fuisset pro 300 florenis, in quam libros meos, qui magno subinde cumulo augentur, ponerem. Nam propter Episcopii nostri mortem, cedere iam domo illa, quam ipsius liberalitate annis iam pluribus 25 ferme possedi, e regione summi templi sitam, oportet, nisi 20 librarum nostratium censu annuo conducere eam a magistratu nostro, cui ea iam cessit, voluissem.

Als ich bei Euch war, hoffte ich, kein [Geld] zu brauchen. Aber die, welche es mir in Frankfurt versprochen hatten, schwören jetzt hoch und heilig, vor der Straßburger Messe, das heißt dem Johannistag, könnten sie mir durchaus nichts geben, wenn ich nachher wolle, würden sie mir zur Verfügung stellen, soviel ich nur immer brauche. Doch woraus soll ich inzwischen meine Druckerei erhalten? Oder wie soll ich ohne großen Verlust drei ganze Monate lang ruhen, und wie die Manuskripte – es sind einige ganz vorzügliche darunter – wieder erlangen, wenn ich sie einmal aus den Händen habe geben müssen? Deshalb muß ich wiederum silberne Gefäße verpfänden oder sonst irgendwie von irgend jemand Geld auftreiben, das uns für die kurze Zeit genügt, bis jene andern wieder geben, ja mich drängen werden, ich solle es nur nehmen und auf der Messe mit dem Zins wieder zurückzahlen. Ich hätte vielleicht die paar Monate für die Kosten selber

¹⁷⁷ Der Brief trägt die Jahreszahl 1554. Der unten erwähnte Tod von Niklaus Episcopius fällt aber auf 1564, und auch der übrige Inhalt spricht für dieses Datum.

aufkommen können – sie sind ja nicht mehr so hoch, da ich nur noch vier Pressen habe –, wenn ich nicht für dreihundert Gulden ein Haus hätte kaufen müssen, um darin meine Bücher zu lagern, die sich ständig in großen Massen vermehren. Denn wegen des Todes von Episcopius habe ich jenes Haus in der Nähe des Münsters räumen müssen, das ich durch seine Großzügigkeit gewiß fünfundzwanzig Jahre lang belegt hatte. Sonst müßte ich es von unserem Rat, an den es gefallen ist, für jährlich zwanzig Basler Pfund mieten.

Johannes Wigand an Oporin, Wismar, 20. April [1564]

Cum autem amem eam [Magdeburgensem] Ecclesiam, in qua ad annos 7 verbum Dei professus sum, ideo breve ac lene scriptum¹⁷⁸ adornavi, rogatus a plurimis in illa ipsa republica, quo et moneo et instituo ipsos de quibusdam. Cum autem in his regionibus aut rarae aut nullae propemodum sint typographiae, ideo te per nostram amiciciam rogo, ne graveris hoc breve scriptum excudere in quarto, litera non nimis magna, sed tali ut in 2 paginas vel ad summum 3 totum hoc scriptum imprimatur, et statim tradas tabellario, ut exemplaria secum apportet. (Interea tabellarius apud vos moram trahat, donec impresseritis etc.¹⁷⁹) Hanc ad rem mitto in hisce literis tres taleros, et peto ne mihi hoc officii deneges. Bene vale.

20. April. Wismariae

Tuus Johan. Wigandus

Da ich aber die Magdeburger Kirche liebe, in welcher ich etwa sieben Jahre lang das Wort Gottes gepredigt habe, so habe ich auf Bitten vieler in dieser Gemeinde eine kurze und milde Schrift¹⁷⁸ verfaßt, in der ich sie über gewisse Punkte ermahne und belehre. Doch da es in diesen Gegenden wenige oder beinahe keine Druckereien gibt, bitte ich Dich bei unserer Freundschaft, diese kurze Schrift in Quart zu drucken, mit nicht zu großen Buchstaben, sondern so, daß der ganze Text auf zwei oder höchstens drei Seiten Platz findet, und sie sogleich dem Boten zu geben, damit er sie zurückbringen kann. (Der Bote kann unterdessen warten, bis ihr mit dem Druck fertig seid¹⁷⁹.) Zu diesem Zweck lege ich dem Brief drei Taler bei und bitte Dich, mir diesen Dienst nicht zu versagen. Leb wohl. Wismar, den 20. April.

Matthias Flacius Illyricus an Oporin, Regensburg, 1. Mai 1565

Obsecro etiam, ut confessionem Thaboriticam 180 hac estate omnino excudas aut extrudas. Titulum nuncupatorie epistolae inscribe

¹⁷⁸ Wohl der «Brieff an Herrn N. Amßdorff» von 1564.

¹⁷⁹ Dieser Satz steht am Rand.

Wolfgango et Hugoni baronibus Schönbergensibus; credo me prius posuisse Georgium, quem delebis; tempus scriptarum literarum pones in calendas septembres huius anni.

Concordantiae vestrae¹⁸¹ excreverunt in nimiam magnitudinem, ut et precio et mole gravent lectorem, cum propter maximum usum deberet esse opus tum parabile tenuibus tum etiam valde tractabile, ut quod valde crebro in manus sumere ac deponere necesse est.

Fieri vero posset minus volumen potissimum additis titulis, ut vocant, et breviaturis tum in librorum indicatione, tum etiam in textus recitatione. Sunt vero aliquae note abbreviature et plures excogitari possent, quae brevi admonitione in initio aut etiam in fine declararentur. Nomina propria et voces aliquae notiores aut frequentiores possent vel primis literis aut syllabis vel etiam prima et ultima litera signari, ut DS, DI, CRS et consimiliter, quae vos multo rectius excogitabitis. Qua ratione omnino fieri posset, ut cum nunc sint tantum tres columnae in singulis faciebus, postea quatuor comprehenderentur. Nihil etiam necesse est tantas margines huic libro reliqui. Sitis quaeso frugales in vestris impressionibus, ut etiam pauperum rationem habeatis, qui vel praecipue student. Haec quaeso in meliorem partem Galli et Veneti multa frugaliter excudunt, quod tum ad sumptus, tum ad circumvectationem, tum denique et ad quotidianam tractationem studiaque commodissimum est.

Ich beschwöre Dich auch, das taboritische Bekenntnis 180 diesen Sommer unbedingt auf den Markt zu bringen, vielmehr zu werfen. Den Brief mit der Vorrede widme Wolfgang und Hugo, den Baronen von Schönberg; ich glaube, zuerst Georg eingesetzt zu haben, den mußt Du streichen. Als Datum des Briefes gib den 1. September dieses Jahres an.

Eure Konkordanz¹⁸¹ ist auf allzu großen Umfang angewachsen, so daß sie mit Preis und Gewicht den Leser beschweren wird, wo sie doch den besten Nutzen nur dann bringen kann, wenn sie für bescheidene Leute erschwinglich und auch ganz handlich ist, weil man sie sehr oft zur Hand nehmen und wieder weglegen muß.

Man könnte den Umfang aber vor allem verkleinern, wenn sogenannte Kennzeichen sowie Abkürzungen verwendet würden, sowohl zur Bezeichnung der biblischen Bücher als auch in den Zitaten. Es gibt ja gewisse allgemein bekannte Kürzungen, andere könnte man erfinden und in einer kurzen

¹⁸⁰ Der Druck ist wohl nicht zustande gekommen.

¹⁸¹ Vielleicht ist gemeint Clavis scripturae S. seu de sermone sacrarum literarum, autore Matthia Flacio Illyrico, pars prima. Basel, Oporin und Eusebius Episcopius, März 1567.

Anmerkung am Anfang oder auch am Schluß erklären. Gewisse geläufige oder sehr häufige Eigennamen und Wörter könnte man mit den Anfangsbuchstaben oder -silben oder auch mit dem ersten und letzten Buchstaben angeben, zum Beispiel DS [Dominus], DI [Domini], CRS [Christus] und ähnliche; ihr werdet sie viel korrekter ausdenken als ich. So wäre es jedenfalls möglich, vier Kolumnen [des Manuskripts] auf eine Seite zu bringen, statt drei wie jetzt. Es besteht auch durchaus keine Notwendigkeit, in diesem Buch so breite Ränder zu lassen. Seid bitte karg in Euren Drukken und denkt auch an die Ärmeren, sie studieren ja vielleicht am meisten. Solche Sachen machen die Franzosen und Venezianer auf bessere Weise ganz bescheiden, was für die Kosten, den Transport und schließlich auch den täglichen Gebrauch und das Studium höchst angenehm ist.

Oporin an Theodor Zwinger, Straßburg, September 1565

S. Oblitus sum 13 florenorum, quos pro Sentelio relicturus fueram, proinde si nimis urgeret, tu tantum pro me illi dato, et rationibus meis, quibus nimis iam antea tibi obstrictus sum, etiam illos adscribe. Spero brevi fore, ut omnibus quibus debeo, satisfiat. By dem Steinmetzen, der mir miner frowseligen¹⁸² grabstein macht, bestellend mir noch ein stein, den man eben neben den andern lege, ut ego etiam locum habeam sepulturae, eumque ipsi proximum, ut reversus poni ad eius latus possim, quo nihil magis cupio. Nam mori millies quam ita vivere malim: qui apud suavissimam Elisabetham meam demum didici, quid sit bene vivere: ea vero destitutus, nihil minus cupio quam vivere: nulla non hora, nullum temporis momentum non lachrymas mihi excutit, tam fluxam atque momentaneam beatitatem, in quam me Dominus constituerat, recordanti: Utinam cum illa mihi et mori, et sepeliri licuisset. taedet vivere, taedet redire domum, omni solatio et charitate erga me vera et solida carentem. Sed desino, prae lachrimis litteras amplius, quae scribendae erant, non possum videre. Ach daß mich Gott so lang hatt leben, und so groß leyd erleben lassen. Bene Vale, et Dominum pro me ora, ut brevi me praesenti calamitate liberet. Argentinae, altero a meo discessu die. 1565. Septembri.

Io. Oporinus tuus ex animo.

Quaeso te, ne pigeat aliquoties domum nostram, cum alioqui praetereundum erit, invisere, ut operae videant, esse aliquem qui meo nomine inspiciat, ut suo quisque officio fungatur. Salutabis meo nomine uxorem tuam, et matrem tuam, sororem meam charissimam¹⁸³, et ut pro me Dominum quoque orent meo nomine utramque precor. Ego quia Dominum mihi offensum ex eo suspicor, quia summum senectae meae solatium mihi eripuit, orare non possum, aut cum maxime oro, animum alibi habeo. Dominus misereatur mei et avertat iram suam a me, et a praesenti gehenna me liberet, Amen. Iterum Vale.

Sei gegrüßt. Ich habe die dreizehn Gulden vergessen, welche ich für Sentel zurücklassen wollte, wenn er also zu heftig drängen sollte, gib Du sie ihm nur für mich und schreib auch sie auf meine Rechnung, ich bin Dir ohnehin schon genug schuldig. Ich hoffe, es werde bald möglich, alle zu befriedigen, welchen ich etwas schulde. Bei dem Steinmetzen, der den Grabstein meiner Frau selig macht 182, bestelle auch für mich einen Stein, den man genau neben den andern legen soll, damit auch ich ein Grab habe, ganz nahe bei ihr, so daß man mich nach meiner Rückkehr an ihre Seite legen kann, ich begehre nichts anderes. Ich möchte ja tausendmal lieber sterben, als so zu leben; erst bei meiner liebsten Elisabeth habe ich erfahren, was gut leben heißt, und jetzt, wo sie mich verlassen hat, begehre ich nichts weniger als zu leben. Keine Stunde, kein Augenblick vergeht, ohne daß ich Tränen vergießen muß, wenn ich an dies ach so kurze und flüchtige Glück denke, das mir Gott geschenkt hat. Wenn ich doch mit ihr hätte sterben und ins Grab sinken dürfen. Ich mag nicht leben, ich mag nicht heimkehren, da ich allen Trost und alle wahre, feste Liebe entbehren muß. Aber ich will enden, vor Tränen kann ich den Brief nicht mehr sehen. Ach, daß mich Gott so lange leben und so großes Leid hat erfahren lassen. Leb wohl und bitte Gott für mich, daß er mich bald aus diesem Jammertal erlöse. Straßburg, am Tag nach meiner Abreise, im September 1565.

> von Herzen Dein Joh. Oporin

Bitte, wenn es Dir nicht zu viel ist, sieh von Zeit zu Zeit, wenn Dich Dein Weg ohnehin vorbeiführt, in unserem Haus zum Rechten, damit die Arbeiter sehen, daß jemand in meinem Namen für Ordnung sorgt, und jeder seine Pflicht tut. Grüß in meinem Namen Deine Frau und Deine Mutter, meine liebe Schwester¹⁸³, ich bitte beide, für mich zu beten. Ich selbst kann nicht beten, weil ich glaube, Gott ist gegen mich erzürnt, daß er mir den höchsten Trost meines Alters geraubt hat, und wenn ich bete, bin ich im Geist anderswo. Gott erbarme sich meiner, wende seinen Zorn von mir und erlöse mich von der Hölle hienieden, Amen. Leb nochmals wohl.

¹⁸² Am 17. Juli war Oporins dritte Frau, die Witwe Johannes Herwagens des Jüngern, nach nur viermonatiger Ehe gestorben.

¹⁸³ Zwingers Mutter, Christina, war eine Schwester Oporins.

Oporin an Basilius Amerbach, 30. April 1566

Non ego opum, non formae, non aetatis gratia, sororem tuam¹84 vel expetivi, vel ambivi unquam: sed honestatis atque existimationis ergo. Honestissima namque coniuge tam brevi tempore privatus, non nisi honestissimam rursum ducere: aut certe magno cum rei familiaris dispendio, in perpetua viduitate (ah molesta nimium ac tristi viduitate) id quod superest vitae transigere cogito. Animadverto autem, aes alienum mihi potissimum, quo minus votis meis potiri liceat, obstare.

Verum, Charissime idemque amicissime Vir, quum nulla sit negotiatio, in qua non et nomina et aes alienum subinde occurrant: quid mirum videri debeat, tanto in mari totque procellis iactatum Arionem nostrum, ac fluctibus saepe adeo tantum non obrutum, semper tamen divina hactenus benedictione atque gratia, optimorumque virorum ope atque consilio servatum ac ereptum, praedonum interim manus ita passim insidias struentium effugere prorsus non potuisse? Bene tamen se res habet, Dei optimi maximi beneficio: qui maiorem aeris alieni partem dissolvendi hactenus facultatem mihi dedit: atque ut reliquum etiam quod in hac urbe nostra mihi superest, brevi dissolvatur, occasionem iam ostendit.

Typographicum tumultum, magnum atque molestum esse fateor: haud vero tantum tamen, quin moderationem admittat, praesertim quum a creditoribus me eo usque expediverim, ut nullius in gratiam, typographi alîus dico, posthac vel unicum folium excudere cogar.

Accedit id quoque, quod is ardor, sive parum consulta novitatis et cuivis gratificandi cupido ac studium, in me iam quasi deferbuit, ut non tam nova excudere, quam vetera, quae certi sunt emolumenti ac lucri, exemplaria retinere atque conservare cogitem.

Nie habe ich Deine Schwester¹⁸⁴ wegen ihres Vermögens oder Gestalt und Jugend begehrt und umworben, sondern wegen ihrer Ehrbarkeit und ihres guten Rufes. Denn da ich eine höchst ehrbare Gattin nach so kurzer Zeit verloren habe, will ich entweder wieder eine heiraten, welche ihr nicht nachsteht oder, wenn auch unter großem Verlust für mein Vermögen, als Wittwer (ach wie mühsam und freudlos ist es, Wittwer zu sein) das Ende meiner Tage verbringen. Ich merke aber, daß vor allem die Schulden der Erfüllung meiner Wünsche im Wege stehen.

¹⁸⁴ Faustina, die Witwe des 1564 verstorbenen Juristen und Professors Johann Ulrich Iselin. Vgl. Friedrich Weiß-Frey, Heinrich Iselin von Rosenfeld und sein Geschlecht, Basel 1909, S. 37ff.

Aber, mein lieber Herr und Freund, wenn es schon kein Geschäft gibt, in welchem nicht immer wieder Verpflichtungen und Schulden vorkommen, was liegt da Erstaunliches darin, daß unser Arion, so oft im Meer und in Stürmen umhergetrieben und oft nur mit knapper Not den Fluten entkommen, doch stets durch Gottes Segen und Gnade und mit Rat und Hilfe guter Männer verschont und gerettet, zuweilen den Fängen der Seeräuber, die überall Hindernisse auftürmten, nicht mehr entrinnen konnte?

Dennoch stehen die Dinge gut, dank der Hilfe Gottes des Allerhöchsten, welcher es mir ermöglicht hat, bereits den größeren Teil meiner Schulden abzuzahlen, und schon eine Gelegenheit gezeigt hat, auch den Rest, welcher mir in dieser Stadt geblieben ist, bald zu tilgen.

Die Umtriebe der Druckerei sind zugegebenermaßen groß und lästig, aber doch nicht so, daß eine Verminderung unmöglich wäre, vor allem weil ich mich von meinen Gläubigern so weit frei gemacht habe, daß ich für niemand mehr, das heißt für keinen anderen Drucker auch nur ein einziges Blatt zu drucken verpflichtet bin.

Dazu kommt, daß jene Begeisterung, jene zu wenig überlegte Gier nach Neuigkeiten und der Eifer, jedermann gefällig zu sein, sich jetzt in mir abgekühlt haben, sodaß ich nicht so sehr Neues drucken will, als vielmehr alte Schriften, die bewährten Nutzen und Gewinn bringen, zu halten und zu pflegen gedenke.

Oporin an Basilius Amerbach, 16. Mai 1566

- 1. Primum ergo, quod [Faustina] aere alieno offenditur: Iudicium ego id bonae matrisfamilias iudico: et quae me quoque hac sollicitudine sua, in aere alieno tam veteri dissolvendo, quam a novo cavendo, diligentiorem esset redditura. Deinde, id ego Aes alienum grave esse solum existimo, do man allein schulden macht, und aber die selben schulden darneben nichts ußtragen, oderkeinnutzbringen. Nostri vero aeris alieni rationem longe aliam esse, ipse pro tua prudentia facile atque abunde intelligis.
- 2. Quod magnitudinem familiae attinet, iam inde ab Hervagianae coniugio didici, atque etiam voto me obstrinxi, parvam alere familiam. Quin etiam possum nullam omnino alere: idque quam rationibus meis atque aetati huic commodum sit, reipsa experior. De familiae, non liberorum copia id intelligo. Itaque et commensales nullos amplius, ne Schardium 185 quidem cum fratre, quamlibet serio ac enixe id petentes, admisi. Sapere enim tandem caepi, toties ictus piscator 186. Schmutzen, sive officinae typographica tyrones, quales vel in primis habere domesticos oportebat, ut et consueveram hactenus, multo minus iam admitto: exceptis tribus pueris, quos

ideo servavi hucusque, ne omnino ex tanta familiae frequentia, in solitudinem repente adeo me coniicerem. Et potero etiam his, si opus sit, liberare me in posterum. Porro familia typographica ita separari a domestica poterit, ut in domus parte superiore vix sentiatur. Et nihilominus tamen eadem ratione, in pari familiae typographicae frequentia, Frobeniorum et Episcopiorum filias honeste atque liberaliter fuisse educatas, abunde constat. . . .

4. Obiicitur, Negotiationem esse ampliorem, et quae, licet venalis hactenus, emptorem tamen vel ideo non invenerit. At vero ea indies iam minuetur distrahendo, neque tanta copia, ut hactenus, imprimendo: Deinde etiam, quod non quaevis oblata, ut olim, sed optima tantum atque selectiora sum excusurus. Itaque quum selectissimis tantum exemplaribus excudendis augeatur quidem, ita tamen eorundem distractio prioribus etiam conducet, ut tametsi non simul vendi ita subito queant, maiore tamen cum emolumento id fieri paulatim possit.

